

tiam ob gravissimas rationes, quas nemo refellet, sat scio. Expects quid Savile tecum communicaverit, rogo te, ut eum nomine meo salutes, et sincere iudicium de illius doctrina suum mihi perscribas. Nihil scribit Wittichius, nec scitur, ubi gentium sit hoc tempore. De Hebreo gratias ago et ut rem urgeas, neq; ante acquiescas, quam conficias, plurimum te rogo. Nonne mittes mihi per generum tuum responsionem tuam, ad mysticum aquilonem? Audio te magnificas nuptias celebrasse; mallem minores suntu factos fuisse; sed sic vivitur. Deum rogo ut hec omnia, in primis affinitas ista omni gaudis te cumulet. Ego tunc tibi totum dedo, et ut me mutuo ames, oro. Saluta D. Monarium doctrina, ingenio, bonitate singulari praeclitum juvenem, quem ego plurimum amo. Vale iterum. Bratisl. 24. Junij 1580.

12)

Eidem Taddaeo p. And. Dudith.  
Nihil te in postrema hac epistola de Savile scribere miratus sum; exspecto quid causa sit, ut intelligam. Nolle eum consilium ad nos excurrendi abiecit. Quare harentem extrude, currenti calcas adde. De equatione dierum sententiam tecum, an cum Praetorio? quam ego questionem non dignam iudicio, quae vestra cum Praetorio amicitia cursum interrumpere debeat. Quam cupio videre, quae polliceris, imprimis autem ea, quae Mariello et Erasto opposuisti, si multae cometae observationes? Non ausim amplius petere christicum Aquilonem refutatum. Sed si eum gener tuus aut Savile adferet, gratior mihi erit, quae proxime de Savili oratione scripsi, curae tibi esse cupio; Libri quoque Iudaici ne obliviscaris, si me amas. Etsi non dubito, tibi non de fore rationes contra Brutum scriptum, tamen cupio te hanc cogitationem abjicere, et in melioribus studiis operam ponere. Equidem laboro ut antagonistes quoque tuus supprimat apologiam suam: quam tamen ita moderate scripsit, ut tua oratio majores aures in nos infunderet. Danica mihi non sunt nota, non Rex, non gens illa, non Brahe. Utq; consilium meum omne ineptum fuerit. Non sum tamen tibi auctor, si mediocriter in patria atq; in his regionibus te, famiharum alere

